



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 5. Ubi, quando, & quoties fieri possit ista commutatio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

S. 12. De Commutat. Votorum. 257

Portel *sup.* n. 91. Trullenck *Bull. Cruc.*  
l. 1. §. 7. c. 3. dub. 13. n. 6. Gobat n.  
299. &c.

Verum, ut observat Petrus à S. Jo-  
seph De 2. *prac. Decal. sub finem*, hoc  
in praxi non habet locum: quia pe-  
tens commutationem semper habet  
causam; & levis sufficit etiam extra  
Jubilæum.

Q. 5. Ubi, quando, & quoties fieri pos-  
sit ista commutatio?

R. 1. Potest fieri etiam extra con-  
fessionem, adeoque etiam ab eo, cui  
non cogitas confiteri: & quidem, li-  
cèt in Bullâ haberetur, *auditis eorum*:  
*confessionibus*: illa enim clausula affi-  
ceret tantum absolutionem à reserva-  
tis, non autem absolutionem à censu-  
ris, & commutationem votorum.  
Henriquez l. 7. c. 30. n. 6. Sanchez *sup.*  
c. 54. n. 16. Suarez, Layman, & alii,  
quos sequitur Bonacina *sup.* n. 16.  
Diana pluribus locis, Gobat num.  
293.

Unde potest etiam fieri cum ab-  
sente.

258 P. 3. De Jubileo extraordinario.  
fente, Tambur. *sup.* §. 4. n. 52. cum  
aliis.

R. 2. Potest fieri commutatio ante-  
quàm quis ullum ex præscriptis ope-  
ribus exequatur, dummodò habeat  
animum exequendi. Ita plerique,  
cum quibus Gobat n. 303.

Quòd si deinde mutet, animum,  
nec exequatur, tenet nihilominùs  
commutatio. Suarez *sup.* c. 16. n. 11.  
Sanchez, Portel, &c. Nec peccat gra-  
viter. Sanchez c. 54. n. 54. cum Hen-  
riquez, & aliis; Diana p. 2. tr. 2.  
*miscell.* R. 13. & alii, contra Suarem  
*isto num.* 11. Portel v. *Voti commutatio* n.  
52. sibi contrarium, v. *Indulg. in Addit.*  
n. 20. & alios. Vide *suprà sect.* 10. q. 5.  
de taliter absolute à Casibus reserva-  
tis & Censuris.

R. 3. Potest fieri ista commutatio  
toties quoties, etiam novorum vo-  
torum, quæ emitteres durante Jubi-  
læo. Henriquez l. 6. c. 16. n. 3. lit. O.  
Portel v. *Voti commutatio*, *Addit.* n. 101.  
Sanchez c. 54. num. 26. Trullenck  
*sup.*

S. 12. De Commutat. Votorum. 259

sup. dub. 9. n. 7. Vide sup. sect. 10. q. 2.

Q. 6. Quomodo facienda sit commutatio?

R. 1. Absolutè, non autem sub conditione de futuro. Licèt enim, per se loquendo, non peccaret commutans, qui diceret: *Commuto tua vota, dummodò exequaris opera in Bullâ præscripta;* (sicuti reverà graviter peccaret, qui ita absolveret à censuris aut à peccatis) tamen melius est non facere restrictionem, ubi non facit Papa, vel certè differre commutationem. Suarez cap. 16. n. 10. Gobat n. 296. Qui etiam singulariter notant, ne unquam Confessarius commutet sub conditione: *Si ipsam Indulgentiam fueris reipsâ consecutus*: quis enim sciet unquam, se fuisse consecutum Indulgentiam?

R. 2. Expedit sæpè, fieri commutationem in res quas Vovens solebat ex devotione facere. Non potest autem fieri cōmutatio in opera, ad quæ quis tenetur ex gravi obligatione.

Lessius